

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1256 - 1257

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

collatio et institutio pertinebat, una cum prelati et capitulo ecclesie memorate auctoritate ordinaria duximus ordinandum sive statuendum, ut de cetero dicta officia ad communes usus fratrum pertineant et quod ipsum capitulum deinceps ordinet et disponat de eisdem, prout ipsi et ecclesie^a viderit expedire. cellerarius etiam, ad quem collatio eorundem beneficiorum pertinebat¹, qui nunc est vel pro tempore fuerit, nec quisquam alius de capitulo prelati vel alius quicquam juris in eisdem officiis conferendis vel etiam instituendis sibi de cetero vendicabit; sed ipsum capitulum, ut est predictum, de eisdem, prout ei expedire videbitur, ordinabit, sic tamen, quod ex hoc cellerario ipsius ecclesie quoad fructus, quos occasione dictorum officiorum recipit et recipere consueverat pre aliis canonicis in clareto et pane, quem recipit a pistoria, et etiam quoad collationem officii, quod vulgo dicitur underzaphenambaht, nullum prejudicium generetur. nos prepositus, decanus, cantor, scolasticus, cellerarius totumque capitulum dicte ecclesie Argentinensis confitemur et presentibus protestamur omnia premissa per dominum nostrum episcopum predictum una nobiscum sic esse statuta et ordinata, ut superius sunt preacta. et in^b evidentiam ac probationem premissorum est presens littera conscripta et sigillorum nostri videlicet *Heinrici* dei gratia Argentinensis episcopi et dominorum predictorum et ipsius capituli munimine roborata. acta sunt hec anno domini 1256.

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 2703 or. mb. c. 5 sig. pend. laesis. Zwei Siegel sind abgefallen.

B 1 coll. *ibid.* or. mb. c. 6 sig. pend. laesis. Ein Siegel ist abgefallen.

Gedruckt aus dem lib. sal. 1347 bei Grandidier Oeuvr. inéd. III, 401 nr. 476.

408. In einem Entscheid Bischof Heinrichs von Straßburg über die Erbschaft des Bürgers Wernhard von Hagenau, dessen Veröffentlichung er seinem Official Nicolaus, Probst von St. Thomas zu Straßburg, überträgt: datum et actum Argentine in nostro consistorio, feria 3 post festum epiphannie domini, anno domini 1257, presentibus dominis: Walrammo de Geroltsecke canonico, Heinricho preposito, Cunrado decano, Rudegero thesaurario sancti Petri, decano sancti Thome, Johanne prebendario sancti Petri Argentinensis, Ottone scolastico Honogensi, magistris Gervalco, Gerhardo, Sigelino, Wernlino, Johanne sacerdote de Mollesheim, Waltero clerico de Phetensheim². 1257 Januar 9 Straßburg.

H aus Straßb. Hosp. A. lad. 50 fasc. 10 or. mb. c. 13 sig. pend.

a) *B* 1 add. utilitati. b) *B* 1 om. in.

¹ Cfr. nr. 342.

² Heinricus de Phetensheim wird in derselben Urkunde als Notar Bischof Heinrichs erwähnt. Eine curia cujusdam civis Argentinensis dicti de Pfettensheim erscheint in einer Urkunde der Herren von Girsbaden für die neue Niederlassung der Dominikanerinnen zu Eckbolsheim, ebenfalls im Jahre 1257. Straßb. Bez.-A. H fasc. 3079 vidim. mb. c. sig. pend. ausgestellt vom iudex curie Argentinensis, 1309 October 24.